



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Ratihabitio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

hilominus raptor ipse ac omnes illi, consilium, auxilium, & fauorem prabentes, sint ipso iure excommunicati, ac perpetuò infames, omniumque dignitatum incapaces, & si clerici fuerint de proprio gradu decident. Teneatur praterà raptor, mulierem raptam, siue eam uxorem duxerit, siue non duxerit, decenter arbitrio iudicis dotare. cap. 22. num. 74.

R A T I H A B I T I O .

DE futuro non sufficit ad validitatem confessionis. cap. 9. num. 6.

Ratificans damnum suò nomine illarum, tenetur restituere, quando qui nocuit, non nocuisset nisi existimaret, eum, cuius nomine nocuit, ratihabiturum. Secus si non factum fuit eius nomine, quamuis illi placeat damnum. cap. 17. nu. 133. Quod etiam confirmat in Nouo.

Ratihabitio damni retrahitur, & mandato comparatur: nam deiecit, qui mandauit vel ratum habuit. Quod habet locum tam in contractibus, & iudiciis, quam in maleficiis, & delictis aliis, nisi quoad effectum fruendi libidine. Nou. num. 133.

Ratihabitio habet vim augendi peccatum & inducendi pœnam: vnde ratificans percul-
tionem

tionem clerici suo nomine factam, est excommunicatus. *ibidem*. Et ratificans deformationem suo nomine factam est irregularis. *cap. 27. num. 233*. Et omnis rati habens delictum suo nomine factum, puniendus est pena, licet non semper ordinaria. *Nou. cap. 17. num. 133*.

Ratificans iniustam acceptionem suo nomine factam, peccat & tenetur restituere, nisi accipiens restituat. Qui verò ratificat incendium suo nomine factum, tenetur restituere domum incensam, id est, damnum illatum: non tamen tenetur in utroque foro ad penam inflictam, vel infligendam, nisi post condemnationem iudicis. *in Nou. cap. 27. num. 233*.

Quando concurrunt duo ad rati habitio- nem, scilicet, quòd opus fiat nomine rati habentis, & quòd ipse potens sit mandare fieri delictum, antequam fieret, tunc rati habitio mandato comparatur, & inducit penam: secus si altera vel utraque conditio desit. *ibid.*

Infans & furiosus, si peruenientes ad usum rationis, ratificant delictum suo nomine factum, peccant, sed non incidunt in penam. *ibid.*

Ratificans deformationem, non suo sed alterius nomine factam, peccat mort. sed
T t 3 non

non est irregularis. *ibid.*

REATVS. vide Peccatum I.

RECONCILIATIO. vide, Ecclesia.

RECOMPENSATIO.

Peccat mortal. occultè accipiens, quod suum est, cum posset commodè per iudicem recuperare: & si non posset, tamen aduertit magnum oriturum scandalum, vel damnum habenti illud in depositum, vel pignus: non tamen tenerur restituere. Nec peccat accipiendo per se, quando cessant hæc damna, aut non potest commodè per alium: dummodò debitum sit liquidum de iustitia, & debitorem moneat, illum sibi iam nihil debere. cap. 17. numer. 113, 114. 135.

Accipiens clàm rem depositam apud Ioannem, pro eo, quod Ioannes debet illi, tenetur reddere, vel manifestare ob excommunicationem latam contra id accipientem, vel scientem. cap. 17. num. 114. 115. 135. De simili excommunic. vide, Excommunicatio. II.

Occultè accipiens, sed iustè, quod suum est, bene potest respondere etiam per iuramentum, se nescire, intelligendo intra se, nesci